Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Et agebatur in desertum spiritu .xl. diebus et temptabatur a diabolo. Et nichil manducavit illis diebus. Et consummatis illis esuriit. Dixit autem illi diabolus: Si filius dei es, dic lapidi huic ut panis fiat. Et respondit ad illum Ihesus: Scriptum est: Non in pane solo vivit homo, sed in omni verbo dei.

per actum et spiritum dicati sunt. Sed summus omnino nature particeps per spiritum sanctum participationem. Per gentes autem in multis fratribus primus recepit spiritum: cum et ipse dator est. Ut et ad nos per ipsum perveniat gratia spiritus sancti. Orig. Cum legis ihesum spiritu sancto et in actibus scribitur de apostolis quod repleti fuerunt spiritu sancto: unde ne estimes pares esse apostolos salvatori. Quomodo enim si volumus dicere sunt vasa plena vel vino vel oleo, non statim dicemus quod equali mensura sint plena. Sic et ihesus et paulus pleni erant spiritu sancto. Sed multo vas pauli minus erat vase ihesu. Et tamen erant secundum mensuram suam utraque repleta. Accepto itaque baptismo salvator plenus spiritu sancto qui super eum in specie columbe de celis venerat: ducebatur a spiritu. Quicumque spiritu dei ducuntur: hii filii dei sunt. Iste autem super omnes proprie filius dei erat. Beda. Ne autem veniret in dubium a quo spiritu ductum sit, expressum aliis evangelistis dicentibus in desertum: consulte Lucas deinde intulit. Et agebatur spiritu in desertum .xl. diebus. Ne quid contra eum valuisse spiritus putaretur immundus qui plenus spiritu sancto quo volebat agebatur. Greg. Sed nos arbitrio proprio nostram immortalitatem disponimus: quando ipse trahebatur immundus. Quod Gregorius dicit. Agebatur spiritu: hic habet intellectum. Sponte spiritualem duxit conversationem ut locum exhiberet temptationi. Basilius. Non enim illo provocatus inimicum sed opere incitans petiit desertum. Delectatur enim diabolus in deserto non patitur esse in urbibus, et coartat ipsum concordia civium. Ambr. Agebatur igitur in desertum consilio ut diabolum provocaret. Nam nisi ille certasset, non mihi iste vicisset: misterio, ut adam de exilio liberaret, qui de paradiso in desertum eiectus est. Exemplo, ut ostenderet nobis diabolum ad meliora tendentibus invidere. Et tunc magis esse cavendum ne mentem nostram deserat virtutis infirmitas. Unde sequitur. Et temptabatur a diabolo. Cyrillus. Ecce fortis est in athletis iubens agones deus in huius quod certantes coronat quem salvator victores. Greg. Hostis tamen nostri mentem mediatoris dei et hominum temptatione concussare non valuit. Sic enim dignatus est temptationes exterius suscipere: ut tamen eius mens intus divinitati inherens inconcussa permaneret. Orig. Temptabatur autem ihesus a diabolo .xl. diebus: et que fuerint temptamenta nescimus. Que ideo forsitan pretermissa sunt: quia maiora erant quam ut litteris crederentur. Basilius. Vel dicendum per quadragenam in temptationem mansit. Novit enim diabolus quod ieiunabat et non famescebat. Et ideo non audebat accedere. Unde sequitur. Et nichil manducavit in illis diebus. Ieiunavit siquidem ostendens quod illi qui se vult ad pugnam temptationum accingere: sobrietas est